



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consti=||tvtionen In Di-||oecesana Synodo
Vvla-||dislaviensi**

Karnkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

De Ordinandis. Tit. IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)

rarum, & carnis vitia non amabis.

4.

De cætero, quæcūq; sunt vera, quæcūq; pudica, quæcūq; iusta, quæcūq; sancta, quæcūq; amabilia, quæcūq; bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitent, hæc agant, ^{Philp. 4.} vt Deum pacis habere possint secum manentem.

TITVLVS IIII.

De ordinandis.

QVoniam semper erunt noui operarij in vineam Domini submittendi, etiam atque etiam curandum est, vt hi sint quàm probatissimi, qui ad sacros ordines, præsertim verò ad sacerdotium, vocabuntur.

Quare, si qui erunt sacris initiandi, mandamus, vt vno mense ante ordinationem, desiderium suum explicent Parocho, sub quo vitam degunt, qui nomina ipsorum denuntiabit populo, ab eoq; testimonium petet, ac nos vel suffraganeum nostrum, per suas patentes, de re tota certiorē faciet. Nā & nostra, & Ecclesiæ Dei plurimū interest, tales vt assumantur,

I.

scilicet 23. c. 5.

2.

e 4

qui

qui bonum testimonium, si minus ab externis, saltem à domesticis habeant. Libentiùs enim populus his præfidentibus morem gerit, quos videt suo suffragio siue testimonio ad sacra mysteria esse assumptos.

3. Mandamus autem omnibus Cathedralis nostræ, Collegiatarum, Cõuentualium, & Parochialium Ecclesiarum prædicatoribus: cùm anni quatuor tempora aduenerint, quibus de more ordinatio fieri consuevit: vt ex loco superiore denunciët, si qui erunt ordines suscepturi, vt mature, hoc est quarta feria, apud Ecclesiam hanc nostram, vel in loco ordinationis, præstò sint: & se apud præfectos examinis sistant, vt per biduũ, quod est diei ordinationis interiectum, accuratiùs examinari possint.

4. Adferant autem simul, & à ludi moderatore, sub cuius disciplina sunt versati: & à Parocho suo, vel à magistratu, aut ab his omnibus, generis, ætatis, institutionis, personæ, morum, doctrinæ, vitæque testimonium: sine quo admitti quenquam ad

Vide Cypri
li. 2. epist. 5
& li. 1. epist.
sto. 4.

Lãpr. in vi
ta Alexãd
Pertinacis
Sess. 23. c. 7

HP

ad

ad sacros ordines prohibemus.

Moneatur etiam populus, ut in
 quatuor temporibus, diligenter Deo
 supplicent, quo mittat dignos ope-
 rarios in messem suam: & his, qui or-
 dinantur, gratiam suam impartiat,
 ut munus, quod suscipiunt, dignè &
 cum fructu multorum expleant. Nā
 eorum quoque interest, ut habeant
 idoneos verbi & sacramentorum mi-
 nistros, à quibus sanam doctrinam
 hauriant, & quorum exemplo in pi-
 etate iuuari queant.

3.

Matt. 9.

6.

TITVLVS V.
 DE OFFICIO EXA-
 minatoris.

EXaminatorum officium fuerit,
 diligenter eorum, qui ordinan-
 di sunt, doctrinam explorare & vi-
 tam. Examinandi autem hæc erit
 ratio. Quærat ex ordinando, cu-
 ias, & qua ætate sit. Nam Concilium
 Tridentinum, Subdiaconū ante an-
 num vicesimum secundum: Diaco-
 num ante vicesimum tertium: Pres-
 byterū

Sessi. 23.

cap. 12.

e s byterū